

Alte Drucke

Quietismus Sacer, Das ist: Die Gott wolgefällige Seelen-Ruhe/ oder Sabbath in Gott

Exner, Caspar

Budissin, 1689

VD17 3:604683V

Widmung

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-62932

Amplissimæ Reip. Gorlicensis
Hodie - Consuli meritissimo,
Nobiliss. Ampliss. Consultis.
Prudentiss.

DN. MICHAELI
Steinbach/
JCTO Celeberrimo,

Patrono suo Magno, mille vota Sa-
lutesque cum promptissimâ Servitio-
rum plusquam debitorum oblatione
nuncupat

Caspar Erner/
Grypharinus Siles. Pastor animarum
in agro Teuto-Ossigiano Superior,
Lusat.



Quod apud Romanæ Fidicinem
lyræ, Q. Horat. Flac. lib. I. de
Arte Poëtica ad Pison, fere sub initi-
um est:

Sumite materiam vestris, qui scri-
bitis, æquam
Viribus, & versate diu, quid ferre
recusent,
quid valeant humeri: cui leſſa
potenter erit res,
nec facundia deferet hunc, nec lu-
cidus ordo.

Illud ad animum me non revocaſſe,
sub primum pagellarum harum con-
ſpectum Tibi ne videar, metus incu-
teretur haut vanus, niſi manſuetudi-
nis æqvitatique Judicii Tui tot lu-
ſtrorum decurſus faceret fidem.
Qvales qvantiqve Theologiæ My-
ſticæ

sticæ mæandri sint , Terminorum-
que quasi Delphicorum gyri , cogi-
taverim in præsens facilius , quàm
Sermone paulo describerim , præ-
primis quin gratissimæ Quietis aut
placidarum QUIETISTARUM Syrma
sibi adaptarit hætenus , in superque,
istam , εὐσεβείας μόρφωσιν luminis
quibusdam in Ecclesia Romana Vi-
ris tantorum Elogiorum Manudu-
ctioni Spirituali D. Michaelis de Mo-
linos præmissorum , fomitem , &
fulcrum ministrasse , nullus dubitem.
Taceam , non defuisse , qui minimè
subodorabantur , quid intendat tan-
to promissor hiatu ? & quantumvis
non probabantur singula & univer-
sa , unum tamen atque alterum erat,
quod morabantur ut Pueri Junonis
avem. Scilicet non postrema con-
genitæ labis pars est , ut , quæ situ
temporis squalorem contraxisse vi-
dentur , vilescant nobis , quin imò

sordeant, quæ verò nova facie, siue
ἄντως siue φαινόμενως, nobis se inge-
runt, coelo locemus. Verum de il-
lis quid fiet, qui cum Atheniensibus
ἐυκαιρίῃσιν, i. e. opportunitate temporis
& otio ad nihil utuntur aliud, quàm
ut nova siue dicant, siue audiant.
Act. XVII, 21. Qvales Novellarum
hebdomadariarum Lectores, præci-
pue quibus Scrutinium Religionum
& Latinum Idioma barbara, i. e. pe-
regrina & obscura sunt, vidimus
multos, plures audivimus, penitio-
nem Religionis Quietisticæ cognitio-
nem præstolantes, qvatenus nimirum
Religio improprie usurpatur de Cul-
tu superstizioso, Col. II, 18. aut non
satis sincero, Act. XXVI, 5. quæ
alias proprie & adæqvate officium
Cultus ab ipso DEO instituti, & sic
Religationem indigitat, qva DEO re-
ligamur, Deusqve nobis, deducente
Laſtant. l. 4. div. Instit. c. 28. Ho-
rum

rum Curiositati, in quantum laudabi-
lis est, (siquidem καὶ τῷ μαθήσκαι
καλὸν μάθαι καὶ διδάσκειν, rectifica-
tur, unius atqve alterius Amici
Optatu, nec non operam suam faci-
endi sumptus offerente Integerrimo
Viro, de re literaria optimè merente,
Dn. Friderico Arnst / Cive Primario
& Bibliopolâ Budissinensi, hoc quic-
quid est Meletematis in chartam con-
jectum luci publicæ committo. De-
terrere me poterat Seculi nostri, scio-
lorum feracissimi, πεπαιδευμένων aut
sterilis, carpenti cocoëthes, in quo

& Pueri nasum Rhinocerotis ha-
bent,

Præprimis quando obscuri alicujus
ruris Mystagogus, licet quâdam fidei
& donorum non minus sanctifican-
tium, quàm ministrantium mensurâ
præditus, Rom. XII, 7. (unicuique
enim est manifestatio Spiritus ad uti-
litatem I, Cor. XII, 2.) in lucem ali-

X 4 quid

quid propellit, in angulum tineis depascendum projicitur, & quoniam plerisque illorum tristis imponitur necessitas,

- Ut si quis vivat & pane secundo, Titivillitio penduntur, probroso Tibicinum Silvestrium titulo, sed Sarcasmo potius ipsis impacto, & (in quo Capite Experientia testis loquitur,) ne centesimus quidem in foro persuasus est, in ullo, qui Gregem proprio DEI Sangvine acquisitum in villis aut pagis pascunt, aliquid solidioris doctrinae, imprimis vero Studiorum humaniorum offendi, sed tantum ex Commentario, (quæ Senecæ phrascologia est) vel, (uti nostrates loqui amant,) ex Postillis sapere, actumque de iis & conclamatum esse, isto præsidio si dejiciantur. Hæc publica contemptus lerna, si forte ad Empectas res rediit, novâ maiorum colluvie agrum Domini inundat,

undat, ut sanctissimus totiqvè orbi
Saluberrimus Concionatorum Ordo
tanto despiciatui ducatur, ut Homile-
ticis paganis, (ad qvos principaliter se
extendit vilipendium,) in Erudito-
rum censu vix ac ne vix quidem locus
sit, & Mysorum ultimi habeantur.
Usqve adeò ex numero αἰδυνάτων est
Ministerii Ecclesiastici in villis Ofori-
bus, Pastorem paganum aliquid lite-
raturâ vel primis saltem labris degu-
stasse: In qvo æqvior est Senecæ
Ethnici Censura: posse etiam ex casa
prodire Virum Magnum, posse ex
humili deformiqve Corpusculo ani-
mum formosum. Sufflaminare,
insto, poterant conatus meos sinistra
κληρομασύων Judicia, vel Cavillatio-
nes potius: Verum tamen revolven-
ti mihi, an gratificandum sit Amicis,
an abnuendum? Rationes in utram-
qve partem se offerebant, inter quas
svadentibus, ut Schidium hoc mari-

quæ & ventis committerem, tandem
concessi. Neque arbitror, hoc in-
stitutum æquis rerum Censoribus iri
improbaturum. Laureolam nullus
quæro: quid enim laudis reportaret
instridens Oloribus anser? præterea
uti æquam semper in utraqve fortu-
na, eamque *τὴν αὐτοῦ μοῖραν* deditam,
servare mentem didici, & egere pari-
ter ac abundare institutus sum, Phil.
IV, II. Ita turpi lucricupium, vel in
hanc vel in istam partem rapere me,
nunquam fuit sufficiens. Quæ ani-
mi rectitudo & firmitas non parum
torfit, qui odio proterviæ oderunt
me, propter Professionem Orthodo-
xias & Confessionem dulcissimâ Pa-
triâ Silesiâ extorri, &, quæ Hierony-
mi Verba sunt ad Matrem,

Pauperiem Christi peregrinaque
rura secuto,
Omni Salutis temporariæ Viam
intercludentes. Quod ipsum etiam
illæ

illatabile fatum optimæ notæ Exulibus incubuisse, justissimæ querelæ publicitus emissæ testantur, quando imberbes haut rarò Juvenculi, nullo ferme rerum usu instructi, amplissimis admoti sunt functionibus, ex hoc solo capite, quòd vel Natione & Gente nostrates sive Inquilini essent, vel per Casus obliquos, Ratione Status in puncto Promotionis ad Ministerium impelluntur, possent fieri: posthabitis Venerabilibus & ἀμέπτους veritatis testibus quam plurimis, solidæ Eruditionis laude fulgentibus, qui σῖγῳατα Christi in corpore portant, Gal. VI, 17. qui pro nomine DEI profecti sunt, nihil accipientes à Gentibus, quos suscipere, veritatis cooperatores nos fieri par erat 3. Joh. V, 7. 8. Et novimus, qui hoc ipso nomine profugi circumiverunt egentes, afflicti, angustiiati, etiam apud Domesticos fidei non invenerunt

προφῆν καὶ σκεπασματα , Eb. II, 37.
& tandem cum Uxoribus & omni
numerosa Prole, præcipitantibus fa-
tis, in dolore & squalore tabernacu-
lum deposuerunt. 2. Pet. 2. Usque
adeò non est, qui percellatur divino
fulmine in ejusmodi σκληροτραχίλης
vibrato Amos I, 9. Super tribus sce-
leribus Tyri, & super quatuor con-
vertam, eò quòd concluserunt ca-
ptivitatem perfectam in Idumæam,
& non sunt recordati foederis fratrum,
& mittam ignem in murum Tyri, &
devorabit ædesejus. Vel quod col-
laetum huic est Joh. 3. v. 9. Diotre-
phes, primas tenens, non recipit nos,
Verbis malignis garriens in nos, &
quasi ei ista non sufficiant, prohibet
volentes, κωλύειν autem in N. T. est ita
impedire, ut obnitamur. & reverà mul-
tis Ecclesiâ Patronis non deest pro-
motionis occasio, sed saltim Volun-
tas. Quàm bene a, hoc promotio-
nis

nis processu consulatur Vinæ Do-
mini, quando quos supra notavi-
mus, spartis quidem ornantur, spartis
verò defunt Viri *ἰκανοὶ* & sufficien-
tes, penes alios esto arbitrium. In-
terim autem e diverticulo in viam
regiam ut convertar, cautum hîc esse
volo: quicquid operæ, qualis qualis
etiam, susceptum est, illud omne
Amicis quibusdam, penitiorum Quie-
tissimi naturam desiderantibus, grati-
ficator.

Hanc opellam Clarissimo Nomini
Tuo, Amplissime STEINBACHI, ut in-
scriberem, rationibus inducor gra-
vissimis. In ære Tuo jam olim me
esse, & Vinculis meritorum obstri-
ctum teneri arctissimè, lubens agno-
sco, publica quæ Voce hîc profiteor.
Ut reliqua Silentii nube involvam,
vel hoc nomine debentur Tibi gratiæ
immortales, quòd, (cùm constaret
Tibi, me singulari quidem amore, le-

gendi bonos libros, flagrare, sed per
Exilium nec non dum per mei ipsius,
dum Uxoris & quos genuimus, in
sultus morbosos, menstruos fere si
non continuos, sortem & facultates
meas adeo esse extenuatas, emptio-
nem ut non admittant,)

Dn. Dn. Collatoribus meis, non
nisi cum debita honoris præfatione
nuncupandis, partim ad Ecclesiam
Primogenitorum, Angelorumque
παιδῶν evocatis, Eb. XII, 12. par-
tim etiam hodie, utinam in seros an-
nos! Superstitantibus, (boni Viri
Civisque est, Rempubl. præsentem
mutari, non amare) Autor Suasor-
que, raro in hac mundi fece Exemplo,
extitisti supellectilis cujusdam libra-
riæ publicæ instaurandæ, quæ meum
defectum mirifice solata est hæte-
nus, & qui post me bella Domini de-
pugnabunt, iisdem, quibus ego usus
sum, armis accingentur, Præterea
jam

jam agitur annus sextus & vigesimus,
quando primum innotescens Tibi
me non demerentem singulari amore
& honore, (sive blandierit fortuna,
sive novercantem senserim.) constan-
ter complexus es, nullum non mo-
vens lapidem, absque gemitu perage-
re, quæ muneris ratio efflagitabat,
uti possem, Ebr. XIII, 17. non exci-
dit insuper series temporum, ubi Deo
Duce, Coactè doctrinâ pariter &
virtute non alienâ, sed propriâ non
per saltus, sed per gradus summis
Gorlicii functionibus & Dignitati-
bus, summo Reip. Commodo, suc-
cessivè fuisti admotus, ut jam Clavum
modereris felicissimè. Et cum non in-
frequens sit, mutari ab honoribus mo-
res, contrarium in Te expertus sum,
favorem enim Tuum juvandi quæ
studium non diminutum sentio, sed
potius auctum. Cum vero redho-
rire varia illa beneficia non possim,
de

de grati tamen animi Significatione
cogitanti mihi ultrò se obtulit, quic-
quid est Considerationis Quictisticæ,
quam Clarissimo Tuo Nomini Sa-
cramesse volo. Testem habeo Con-
scientiam, me non intendere num-
mum argenteum aut bucellam panis,
I. Sam. II, 36. sed gratum esse, & cen-
seri velle, genuinus, isque solus scri-
ptionis meæ finis est. Sic enim Sta-
tuas; tantum abesse, ut Musas, Vir-
gines castas, (quod Simonidi Poetæ
vitio datum recordamur) τῆ δωρὸς Φα-
γία, pessimorum facinorum autori,
prostitutam, ut potius profanas istas
μυθολίας optatusque oderim semper,
arceamque. Tua a. singularis hu-
manitas Candorque securum me pla-
ne esse jubent, hanc æquè meam fi-
duciam probatum iri, atque ego cer-
tissimus sum, in Cultu ac honore no-
minis Tui me perseveraturum esse
constanter. In fine verò libelli su-
pre-

premium Numen in vota cico, ut Pa-
cem Politicam pariter atque Ecclesia-
sticam torrentis instar in universo
Christiano Orbe, cum primis verò in
Provinciis Serenissimi Electoris no-
stri Saxonici, Directoris Partis Evan-
gelicæ sollertissimi, Dn. Dn. nostri
gratiosissimi, effundat, ut quietam
ac tranquillam vitam, in omne hone-
state & Pietate, transigere integrum
nobis fiet! Es. XLVIII, 8. 1. Tim. II, 2.
Hæc enim sola remedia producendo
vero Quietismo proportionata novi-
mus. Dabam in musæo ædium Paro-
chialium anno reparatæ Salutis supra
millesimum sexagesimum octuage-
simo nono, ætatis verò meæ sexage-
simo secundo ad umbilicum, DEI
Viventis indultu, redactio. Calend.
Jul.

Gott